Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Bischof Egno zu Trient und darmit belehnet worden. Datum Trient den 2 April Anno 1256.

56*) Burglehner t. II, l. 5, c. 13, v. Ramiß; hac de re sequens affert Instrumentum, ex quo tamen ob nimiam prolixitatem quædam non necessaria omitto.

Anno Domini Millesimo Ducentesimo et quinquagesimo sexto, Indictione decima quarta, die Martis, quarto exeunte Martio, in Castro de Tyrol, in presentia Domini Ottonis Burgongi de Spengenberch, Domini Henrici Burggravii de Lunzen, Domini Conradi sui filii, Domini Engelmarii Tarantsi, Dominorum Alberti et Diabi de Turmiano, Domini Friderici de Gefiess, Wernhardi Purcravii de Gœrz, et aliorum testium rogatorum. Hique Dominus Meinhardus Comes Goritiæ et Tyrolensis, et eius uxor nobilis Comitissa Goritiæ et Tyrol, talem fecerunt promissionem et fuerunt in concordia cum Nannesso de Ramusse, ut ipse Nannes debeat edificare et levare castrum unum in valle seu in officio de Engedein sub tali pacto et promissione habito inter ipsos: Quod si mons super quem vellet edificare, esset allodium dicti Nannesi, tunc debet eum restituere in dictum Dominum Comitem Meinhardum et suam uxorem, et in eorum heredes, et recipere abeis ad rectam Purichute, et ad eandem promissionem, prout esset allodium seu proprium dicti Domini Comitis: Sed si mons est Domini Comitis Meinhardi Goritiæ et Tyrolis, tunc debet eum edificare et munire et custodire, et insuper esse prout Castellanus seu Burgensis in dicto castro ad rectam Purichute, promisit quoque dictus Nannesso pro se et suis heredibus dicto Domino Comiti Meinhardo et sua uxori Domina Alhaidi Comitissa, et eorum heredibus, dictum Castrum observare, et custodie, et apertum habere et tenere, quandocunque dictus Dominus Comes et eius uxor et eorum heredes indiguerint seu petierint -- sub pœna 500 Marcarum argenti --- fideiussores et insuper pro debitores pro his quingentis marcis nomine pœne constituerunt se Dominus Udalricus de Toners, Dominus Wilhelmus de Aichach, Dominus Conradus de Schroenstain, Domini Bertoldus et Hartmannus fratres Tarantsi, Dominus Wilhelmus de Brunnenberc, Dominus Duringus de Firmianis, Dominus Henricus de Merningen, Dominus Sitwicke-us de Reichenberc, quilibet eorum in solidum - - - - - - - tie et loco et testibus superscriptis: Hique Dominus Meinhardus Comes Goritiæ et Tyrolis, verbo et voluntate Domina Alhaidis uxoris sua Comitissa, recepit dictum Nannesum in suam gratiam et protectionem, promisit quoque dictus Dominus Comes, sub pœna quingentarum marcarum argenti, dicto Nannesso adiuvare et manutenere contra omnes homines sibi inimicantes et volentes eum offendere. --- Ego Bertoldus filius quondam Bertoldi de Bozano, Sacri Palatii Notarius, interfui rogatus et scripsi.

*) Hac eodem anno 1256 Adelheidis princeps nostra sua solius auctoritate privilegiu dedit Canonicis Chiemensibus, quod extat t. II Mon. Boic. ut sequitur.

57) Burglehner t. I, l. 13, c. 5: Graffar hernach (nempe post annum 1254) hat ieggedachter Meinhardt, anstatt obbemelter seiner Hausfrauen vnd zwoen Söhne, alle die von Stifft